



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

III. Ezechieli adscribitur Prophetia, quae nomen ipsius praefixum gerit;
eiusque probatur γνησιότης & antiquitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IV.

221

virum occultari nobiscum sentiunt; & morem, modumque nostrum antiquitates sacras profanae vetustatis spolis ditandi & decorandi exemplo suo comprobant. Nunc utri sagacius odorati sint; illine, cum Ezechiele, an nos, cum Moisem in Zoroastrē latere conjectavimus, aequi & attenti Lectoris esto arbitrium. Lineamenta enim Ezechieliis aliqua, at ipsū Mosis os, totumque corpus in eo haud dubie agnoscer.

III. Jam vero quod ad Prophetiae, quae Ezechielis nomine inscripta est, genitum Ezechielis ad- & antiquitatem pertinet, ipse se initio operis auctorem Ezechiel declarat, idque auctor scribitur Pro- pterea, genus suum, varicinorumque locum, ac tempus accurate indicans, pterea, que Huic deinde fidem adstruit Daniel, qui quarto capite sic disserit: *Magna arbor & for- nomen ipsius tis, & proceritas ejus contingens cælum: aspectus illius erat usque ad terminos universæ terra: prefixum ge- folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimis, & efa universorum in ea: subter eam habi- ri; usque probatur genitum animalia & bestie, & in ramis ejus conversabantur volucres cali, & ex ea vesceba- avors & ani- tur omnis caro.* Tum deinde: *Arborem quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitu- Dan. 4.9, 18, do pertingit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram, & ramis ejus pulcherrimi, & fru- 19.* tis ejus nimis, & efa omnium in ea, subter eam habitantes bestie agri, & in ramis ejus commorantes aves cali: tu es, Rex, qui magnificatus es, & invictus, & magnitudo tua crevit, & pervenit usque ad cælum, & potestas tua in terminos universæ terra. Similis hæc arboris descriptio isti Ezechielis ex tricesimo primo capite: *Ece Assur, quasi Cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemoreosus..... Cumque extendisset umbram suam, in ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia cæli, & sub frondibus ejus generunt omnes bestie sal- tuum, & sub umbraculo ejus habitabat catus gentium plurimatum.* Hinc parem fere interpretationem accepere vix multis per somnum arbores, Astyagi, Xerxi, Maia, Virgilii matri. Porro ne quis fallatur, dum nos falli putat, sciat caput hoc Ezechielis tricesimum primum, ante ab Ezechiele fuisse scriptum, quam quartum operis sui Daniel lucubrasset. Illustrè præterea, ad fidem Prophetiae Ezechielis faciendam, testimonium Sirachidae, cum ait: *Ezechiel, qui vidit conspectum gloriae, quam ostendit illi in curru Che- Ecccl. 49.10. rubim: nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui offendent rectas vias:* respiciebat nempe ad initium Ezechielis, ubi gloria Dei, & currus Cherubim describuntur: maxime vero ad ista è decimo capite: *Et egressa est gloria Domini à limine Tempis, & stetit super Cherubim, & elevavitur Cherubim alas suas, exaltata sunt à terra co- Ezech. 10.18. ram me, & illis egredientibus rotæ quoque subsecutæ sunt. Unde istud Platonis petitum esse rectè à Justino notatum est: ὁ δὲ περὶ τῆς ἡγεμονίας ἐν ἑράκλειῳ λέγει, ἵπτεται πλευρῶν ἀρισταῖς. Justin. Paræ, Magnus sane imperator in calo Juppiter, alatum currum agitans. Respiciebat item Auctor Ecclesiastici ad hæc decimi tertii capituli Ezechielis: *Propterea hec dicit Dominus Deus: Ezech. 13.13. Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira in consumptiōnem.* Reliquia ad tricesimum quartum, & tricesimum sextum cum sequenti pertinent. Ista quoque è libro tertio Regum: *Reg. 14.9. Operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi Deos alienos & conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum: anno alludunt ad illa Ezechielis: Propterea hec dicit Dominus Deus, Quia oblita es mei, & projecisti me post corpus tuum, tu quoque porta felius tuum & fornicationes tuas? Illud Zacharia: Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum, & non memorabuntur ultra, germanum est hujus ex Ezechiele: Hec dicit Dominus Deus: Et disperdam simu- Ezech. 30.13. lacia, & cessare faciam idola de Memphis.**

I. Porro non unum hoc, quod extat, Prophetiarum volumen edidisse fertur *Disputatur de dubiis*
Ezechiel, sed alterum quoque, quod per Iudaorum fociardiam intercidisse retur *Auctor* *Predictionis*
Synopseos. His Josephi verbis nititur ea sententia: *οὐ μόνον δὲ ὅτις ισπειας προεῖπεν* *voluminibus,*
αὐτοὶ Γένη Εἰς ἄλλοις, αἱδὲ καὶ ὁ περιφέρειντες οὐκέτινες, ὃς πράγματες περὶ Γένων δύο Εβραίων *qua ab Eze-*
χεϊλας προτίθεται. Non solum autem Jeremias iste canticis hominum illa predixit, sed & Propheta Ezechiel, qui primus libros duos de his conscriptis reliquit. Quæ aliter accipienda sunt scripta
censeo, ac vulgo accipi solent, nec enim alterum Ezechielis volumen interisse existi-*fusse tradit-*
mo, quod vulgo tamen credi video; præfertum post Josephi extat, quæ atate per
univerfas gentes vulgata erant, & in omnes propemodum linguis converte*Scriptio-*
nes sacrae. Sed hunc Ezechielis librum, quo nunc utimur, in duas partes Josephi aeo*de Psalmo-*
distinctum fuisse puto; & si conjecturis patet locus, triginta novem prioribus capit*xagissimo*
bus primum volumen, postrem novem constitisse alterum, quo Templi reparatio ac*quarto, nomi-*
Urbis dimensio continentur. Profecto cum Pradus, & Villapandus, diligenterissimi li*ne Ezechielis,*
ibri hujus Interpretes, explanationem inter se partiri voluissent, ille triginta novem*aliorumque*
priora, hic reliqua exponenda suscepit; cum neutrum tamen ad veritatem illam par*inscriptio.*
titionem respexisse credam. Nempe ita res ferebat; nam prædictiones sunt quasi*Antiq.*
distinctæ penitus inter se & difcreta. Psalmus præterea sexagesimus quartus, Davi*nopf,*
dis, Jeremias, & Ezechielis nomen præscriptum genit: quod nimur ad Psalmodium
libr. 10. cap. 6.